



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Sacerdos debet monere porcarios & bubulcos ad audiendum missam  
saltim dominicis & festis diebus. c. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**P**orcarii & bubulci in diebus officii audiant missam.  
loco sub fera recondantur. **C** Ex concilio Remensi. Cap. 7.  
Item predicandum est de dilectione Dei & proximi: de fide &  
spe in Deo: de humilitate, patientia, castitate, benignitate, mi-  
sericordia, de eleemosynis, de confessione, & vti fratribus ex corde  
remittat. Qui hec & his similia agunt, regnum Dei consequentur.  
**C** Ex eodem concilio. Cap. 4. Item predicandum est pro quibus  
criminibus homines cum diabolo computantur: que sic apo-  
stolus connumerat: fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum  
seruitus, veneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, ire,  
rix, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, comen-  
sationes, & huiusmodi similia. Quia qui talia agunt, regnum Dei non  
consequantur. Et ideo hec cum omni studio prohibeantur.

**C** Sacerdotes debent monere porcarios & bubulcos, vt salte  
diebus festis ad ecclesiam conueniat. Cap. 8.

**C** Ex concilio Rothoma. Cap. 6.

**A**dmonere debent sacerdotes plebes subditas sibi, vt bu-  
bulcos, atq; porcarios, vel alios pastores, vel aratores,  
qui in agris assidue commorantur vel in syluis, & ideo velut more  
pecudum viuunt, in dominicis & in alijs festis diebus salte, vel  
ad missam faciant, vel permittant venire. Nam & hos Christus  
precioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint, pro aiab<sup>9</sup>  
eorum absq; dubio rationem se reddituros sciant. Si quis dem  
dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atq;  
nobiliores quosque: sed piscatorez atque idiotas sibi discipulos  
asciuit: vt ostenderet in facto, quod ipse verbis in euangelio af-  
firmat dicens: Quod hominibus est altum, abominabile est a-  
pud Deum. Et (salua altiore intelligentia) natiuitas nostri re-  
demptoris primo omnium pastoribus ab angelo nunciatur.

**C** Sacerdos admonere debet populum, vt mane & vespere sal-  
tem pro se orent, & pro diuersis plagis occurrentibus. Cap. 9.

**C** Ex concilio Aurelianensi. Cap. 10.

**I**tem institutus est populus, vt singulis diebus, qui am-  
plus non potest, saltem duabus vicibus orent, mane scilicet  
& vespere, dicens Symbolum & Orationem dominicam: siue,  
Qui plasmasti me miserere mei. Vel etiam: Deus propitius  
esto mihi peccatori. Et Deo gratias agere pro quotidiana vi-  
te comestibus: & quia se ad usum agniti suam creare dignatus sit,  
78